

Dixit ad discipulos suos · ponite uos in cordibus uestris
sermones istos · filius enim hominis futurum est ut
tradatur in manus hominum · At illi ignorabant
uerbum istud · & erat uelatum ante eos ut non senti
rent illud · & timebant interrogare illum de hoc
uerbo ·

Intrauit autem cogitatio in eos · quis eorum maior esset ·
At ihs uidens cogitationes cordis illorum · adprehen
dens puerum · statuit eum secus se · & ait illis · qui
cumque susceperit puerum istum in nomine meo ·
me recipit · & quicumque me receperit · recipit
eum qui me misit · Nam qui minor est inter omnes uos
hic maior est ·

Respondens autem iohannes dixit · praeceptor ·
uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemo
nia · & prohibuimus eum · quia non sequitur nobiscum ·
& ait ad illum ihs · Nolite prohibere · qui enim non
est aduersum uos · pro uobis est ·

Factum est autem dum complerentur dies assumpti
onis eius · & ipse faciem suam firmauit ut iret hie
rusalem · & misit nuntios ante conspectum suum ·
& euntes intrauerunt in ciuitatem samaritanorum
ut parerent illi · & non receperunt eum · quia facies
eius erat euntis hierusalem · cum uidissent autem
discipuli eius iacobus & iohannes dixerunt · dne ·
uis dicamus ut ignis descendat de caelo · & consumat illos ·
& conuersus increpauit illos · & dixit · Nescitis cuius
spiritus estis · filius hominis non uenit animas perdere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0201